



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio LXXIX. De causis exterioribus peccati ex parte Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

sed ex impulsu passio-
nis perturbantis indi-
cium nunc respectu
huius peccat. Et ex
hoc sequitur secunda
responsio, scilicet, qd
ignorantia peccantis
ex malitia est maior
formaliter: quia for-
maliter ignoratur tā
conclusio, quam prin-
cipium, ut etiā ex 7.
Eth. habetur, quod in
peccante ex passione
non accidit, ut patet.
Ignorantia autē pec-
cantis ex passione est
maior quasi virtuali-
ter, seu concomitan-
ter, pro quanto est re-
spectu prioris obie-
cti. Pr^o enim est hoc
malum nunc, quā
hoc malum nūc esse
peius altero: ac p hoc
ignorans formaliter
hoc nunc esse mali,
ex consequenti nescit
hoc nunc esse peius,
& non eōāterio. Ter-
tio potest dici, quōd
ignorantia peccantis
ex malitia est maior:
quia per modum habi-
tus. Ignorantia autē
peccantis ex pas-
sione est per modum
interruptionis. Malus
enim circa finem ma-
lum in affectu, & in
ratione est dispositus:
passione vero ductus
male se habet circa fi-
nem, dum passio tan-
tum intercipit, ut in
corpore articuli dī.

SED CONTRA est, qd pecca-
tum quod ex industria commit-
tatur, ex hoc ipso grauiorē pœ-
nam meretur, secundū illud Iob
34: Quasi impios percussit eos
in loco videntium, qui quasi de
industria recesserunt ab eo: sed
pœna non augetur nisi propter
grauitatem culpæ. ergo pecca-
tum ex hoc aggrauatur, quōd
est ex industria seu certa malitia.

RESPON. Dicendū, qd pecca-
tum quod est ex certa malitia,
est grauius peccatū quod est ex
passione, triplici ratione. Primo
quidem, quia cum peccatum
principaliter in voluntate consti-
tat, quanto motus peccati est
magis proprius voluntati, tan-
to peccatum est grauius, cæteris
paribus. cū autem ex certa ma-
litia peccatur, motus peccati est
magis proprius voluntati, quæ
ex seipsa malum mouetur, quā
quando ex passione peccatur,
quasi ex quodā extrinseco im-
pulsu ad peccandum. vnde pec-
catum ex hoc ipso quod est ex
malitia, aggrauatur: & tanto ma-
gis, quanto fuerit uehementior
malitia. ex eo vero quōd est ex
passione, diminuitur tanto ma-
gis, quanto passio fuerit magis
uehemens. Secundo, quia pas-
sio quæ inclinatur voluntatem ad
peccandum, cito transit: & sic
homo cito redit ad bonū pro-
positum penitens de peccato:

sed habitus quo homo ex malitia peccat, est qua-
litas permanens: & ideo qui ex malitia peccat, diu-
turnius peccat. unde Philosophus in 7. Ethic. com-
parat intemperatum qui peccat ex malitia, in firmo
qui continue laborat: incontinentem autem qui
peccat ex passione, ei qui laborat interpolate. Ter-
tio, quia ille qui peccat ex certa malitia, est male di-
spositus quantum ad ipsum finem, qui est principiu
in operabilibus, & sic eius defectus est periculo-
sior, quā eius qui ex passione peccat, cuius propo-
situm tendit in bonum finem, licet hoc propositū
interrumpatur ad horam propter passionem. Sem-
per autem defectus principij est pessimus: unde ma-
nifestum est, qd grauius est peccatum quod est ex
malitia, quā quod est ex passione.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd ignorantia ele-
ctionis, de qua obiectio procedit, neq; excusat, neq;
diminuit peccatum, ut sup. dictum est: unde neque
maior ignorantia talis facit esse minus peccatum.

AD SECYNDVM dicendum, qd impulsio quæ est ex
passione, est quasi ex exteriori defectu respectu uo-
luntatis: sed per habitum inclinatur voluntas quasi
ab interiori: unde non est similis ratio.

AD TERTIVM dicendum, qd aliud est peccare eli-
gentem, & aliud peccare ex electione. Ille enim qui
peccat ex passione, peccat quidem eligens, non ta-
men ex electione: quia electio non est in eo primū
peccati principium, sed inducitur ex passione ad eli-
gendum id, quod extra passionem existens non eli-

geret: sed ille qui peccat ex cer-
ta malitia, secundum se eligit ma-
lum eo modo quo dictum est.
& ideo electio, quæ est in ipso,
est principium peccati, & ppter
hoc dicitur ex electione peccare.

QVAESTIO LXXIX.

De causis exterioribus peccati, in
quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum
est de causis exteriori-
bus peccati. Et primo
ex parte Dei. Secundo ex parte
diaboli. Tertio, ex parte hoīs.

CIRCA primum quaruntur
quatuor.

¶ Primo, Vtrum Deus sit causa
peccati.

¶ Secundo, Vtrum actus pecca-
ti sit a Deo.

¶ Tertio, Vtrum Deus sit causa
excacationis & obdurationsis.

¶ Quarto, Vtrum hæc ordinen-
tur ad salutem eorum qui excac-
cantur, vel obdurantur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Deus sit causa peccati.

AD PRIMVM sic proceditur.
Videtur quod Deus sit cau-
sa peccati. Dicit enim Apostol.
Rom. j. de quibusdam. Tradidit
eos Deus in reprobū sensum,
vt faciāt ea quæ nō cōueniunt.
Et gl. ibidem dicit, quōd Deus
operatur in cordibus hominū,
inclinando volūtates eorum in
quodcūq; voluerit, siue in bo-
num, siue in malum: sed facere
quæ non conueniunt, & inclina-
ri secundum voluntatem ad ma-
lum, est peccatum. ergo Deus
hominibus est causa peccati.

¶ 2 Præ. Sap. 14. dicitur, Creatu-
ræ Dei in odium factæ sunt, &
in tentationē animæ hominum:
sed tentatio solet dici prouoca-
tio ad peccandum. Cum ergo
creaturæ nō sit factæ nisi a Deo,
vt in primo * habitus est, vī qd
Deus sit causa peccati prouo-
cans hominem ad peccandum.

¶ 3 Præ. Quicquid est cā causæ,
est causā effectus: sed Deus est
causā li. arb. quod est causā pec-
cati. ergo De^o est causā peccati.

¶ 4 Præ. Omne malum opponi-
tur bono: sed nō repugnat diui-
næ bonitati, quod ipse sit cā ma-
li pœnæ. de isto enim malo dicit
Isa. 45. quōd Deus est creās ma-
lum. Et Amos 3. Si est malū in
ciuitate, qd De^o nō fecerit. ergo

Super Quidam
Soprascriptum
Articulos primus
& secundus

Articulo primus
& secundus quod
sepe uagabundum
ardum oculi
hijum in doctrina
cipue auctoris
modo patet hoc
mul stare, quod
peccati sit a Deo
dei et sic conueni-
nullo mō sit a Deo
f. d. a causa creatu-
la. Et quāuis mal-
aferantur in 3. d.
a. tenet in Capitulo
ex Aur. & Duran-
obiectiones, dicit
men solummodo
ferenda sunt, quod
discutis, omnia, vt
to, propria clara
Prima est ex parte
bitudinis entitatis
siue actus ad de-
mitatem peccati.
cunda ex parte li-
tudinis entitatis
siue actus ad cau-
effectum. Et per
igitur via est
ficultas, Defectus
peccati est primum
reariæ reformationis
siue peccati, vt
viri inherencia
subtrahit, ergo
sario calatura
stante illam post
speciem moralitatis
in subtrahit ali-
go causatur a Deo
ab ipso causatur
nis positum entis
dus peccati. An-
dus declaratur
mendo qd in pec-
catis, scilicet per
cies moralitatis
formitas, qd in
peratū sunt, vt
interior vel exte-
entitas positum
sita in specie in-
ranæ afficiat
& deformitas
tūa, & cum cele-
entitas intemper-
tæ est contraria
tati temperantia
frigus calori, &
ad unum contrari-
positum in ali-
cessario sequitur
uatio alterius con-
rij in eodē, ut
suum frigus in
sequitur priuatio
loris in eadē, ut
hoc ad oppositū
tatem temperantia
in actū, sequitur
uatio temperantia
eodem. Et quā
hac priuatio
sistit deformitas
cui intemperantia
quia consistit in
uatione reformationis
debet esse

Ex. 8. v. 5.

Q. 76. ar. 4.

ro actui. constat enim quod rectitudo debita in esse actui substra...

etiam diuinae bonitati non repugnat, quod Deus sit causa culpae.

SED CONTRA. Sap. ii. dicitur, Nihil odisti eorum quae fecisti: odit autem Deus peccatum, secundum illud Sap. 14. Odio est Deo impius, & impietas eius. Ergo Deus non est causa peccati.

RESPON. Dicendum, quod homo dupliciter est causa peccati vel sui, vel alterius. Vno modo directe, inclinando scilicet voluntatem suam, vel alterius ad peccandum: Alio modo indirecte, dum scilicet non retrahit aliquos a peccato. unde Ezech. 3. speculatori dicitur: Si non dixeris impio, Morde morieris, sanguinem eius de manu tua requiram. Deus autem non potest esse directe causa peccati vel sui, vel alterius: quia omne peccatum est per se recessum ab ordine, qui est in Deo, sicut in fine. Deus autem omnia inclinat & conuertit in seipsum, sicut in ultimum finem, sicut Dion. dicit in 2. c. de diuinis no. vnde impossibile est quod sit sibi, vel alijs causa descendendi ab ordine, qui est in ipso. unde non potest directe esse causa peccati, similiter etiam neq; indirecte. contingit enim quod Deus aliqui...

A inquā, de rōne peccati moralis est voluntarium voluntate mala moraliter, oportet vt de rōne peccati moralis sit esse a voluntate deficiente: ac p hoc impossibile sit ipsum esse a Deo immediate. Et si huc a iunxeris quod d dūm est, s. q. conuersio actus mali parit necessario auersionē, videbis q de rōne talis conuersionis est etiam voluntarium voluntate deficiente, ac p hoc impossibile sit ipsam esse a Deo immediate. & vere sic. Nā actus malus, puta odium, vel negatio D. i. sū suā moralem specie, & includit ly, voluntarium directe, & ly, voluntate deficiente ex consequenti: sicut ipse actus est secundū se essentialiter voluntarius, deficiēs autem ex consequenti. Ex hoc autē q de ratione talis actus est esse ab agente deficiente, sequitur, q pro quanto est ab agente, sic a Deo primo agente: p quāto a deficiente, nō sit a Deo. Sequitur secundū q dicere de deformitate peccati comitari actum talem absolute, & dicere ipsā comitari talē actum ut est ab agente deficiente, idem est, quia de ratione talis actus est esse ab agente deficiente. Sequitur tertio, q non est idē concurrere ad talē actū, secundum id qd hēt ab agente vt sic, & secundum id quod habet ab agente ut deficiente: sicut nō est idē esse agens, & esse deficiēs: nec esse ab agente, & esse a deficiente.

B bus non prebet auxilium ad euitandum peccata: quod si preberet, non peccaret: sed hoc totū facit secundum ordinem sue sapientiae & iustitiae, cum ipse sit sapientia & iustitia. unde non imputatur ei, qd alius peccet sicut causa peccati: sicut gubernator non dicitur causa submersionis nauis ex hoc, qd non gubernat nauem, nisi quādo subtrahit gubernationem, potens & debens gubernare. Et sic patet, qd Deus nullo modo est causa peccati. AD PRIMVM ergo dicendū, quod quātum ad verba Apostoli, ex ipso textu patet solutio. Si enim Deus tradit aliquos in reprobū sensum, iā ergo reprobū sensum habent ad faciendum ea, quae non conueniunt. Dicitur ergo tradere eos in reprobū sensum, in quantum nō phibet eos, quin suam sensum reprobū sequantur: sicut dicitur exponere illos, quos non tuemur. Quod autē * Aug. dicit in li. de gra. & li. ar. unde sumpta est glo. qd Deus inclinat voluntates hominum in bonū & malū, sic intelligendū est, qd in bonū qdē directe inclinat voluntatē: in malum aut in quantum nō prohibet, sicut dicitur est; & tamen...

Ex quo sequitur quartum, quod non ualet, A, est causa actus moralis mali secundum suam speciem, ergo est causa peccati, seu deformitatis: sed bene ualet, A, est causa deficiens actus moralis mali secundum suam speciem, ergo est causa peccati, & deformitatis: quia deformitas & completa ratio peccati sequitur speciem mali moralis, ut est ab agente deficiente, & non ut est ab agente. Ex his autem habes, quod cum actus moralis malus secundum suam speciem possit dupliciter distinguī. Primo, ut sumptus absolute distinguatur contra seipsum sumptum, ut est ab agente deficiente, dicēdo quod species moralis mali sumitur dupliciter, absolute ut est a lib. arbit. humano: & sic distinguunt quidam dicentes, quod deformitas consequitur actum malum moralem non absolute, sed ut est a lib. arbit. & propterea deformitas actus nō est a Deo, quia nō sequitur ipsum absolute: Verius tamē distinguunt secundū modo, scilicet ut absolute sumptus distinguatur contra seipsum, ut est ab agente ut sic, quia absolute sumptus vendicat sibi duo, scilicet quod sit ab agente, & sit a deficiente: ac per hoc cum sumitur ut est ab agente ut sic, sumitur quasi secundum quid: vel & in idem redit, distinguatur sic actus moralis malus secundum suam speciem dupliciter. Primo absolute, seu simpliciter: secundum id quod habet perfectionis. Et primo modo sequitur ad eam deformitas, secundo non. Primo modo est ab agente deficiente: secundo ab agente tantū, ac per hoc a Deo. Et sic totum oppositū videtur esse eius, quod illi dicunt: comparari tamen vtraque viam in veritate, dicēdo verius secundū modo distinguī, quia ad bonum sensum saluari creditur, vt patebit. Quod autem hęc sint de mente authoris, ex hoc loco patet ubi in respon. ad secundum articul. 2. dicitur, quod de actus, qui dicitur non esse a Deo, pertinet ad speciem actus consequenter: quid clarius? si consequitur ad speciem actus tanquam pertinens consequenter ad eam: igitur ad eam simpliciter consequitur: hęc de secundo. Quo ad tertium prime rationis in oppositū, negatur antecedens. Nā unum contrariū directe priuat reliqua ex ea parte, quae est illi contrariū. Vitiū autē virtutis...

Seculi ad

D. 503.

C. 2. nō procul a h. c. 7.

In cor. arti.

ARTICVLVS III.

Verum Deus sit causa excecationis & indurationis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod Deus non sit causa excecationis & indurationis. Dicit enim Aug. in li. 8. 1. quast. quod Deus non est causa ei, quod homo sit deterior: sed per excecationem & obdurationem fit homo deterior. ergo Deus non est causa excecationis & obdurationis.

¶ 2 Præ. Fulgentius dicit, quod Deus non est vltor illius rei, cuius est actor: sed Deus est vltor cordis obdurati, secundum illud Eccl. 3. Cor. durum male habebit in nouissimo. ergo Deus non est causa obdurationis.

¶ 3 Præ. Idem effectus non attribuitur causis cõtrariis: sed causa excecationis dicitur esse malitia hominis. s. m. illud Sap. 2. Excecavit enim eos malitia eorum. & etiã diabolus, secundum illud 2. ad Cor. 4. Deus huius sæculi excecavit mētes infidelium: quæ quidē causæ videntur esse cõtrariæ Deo. ergo Deus non est causa excecationis & obdurationis.

SED CONTRA est, quod dicitur Is. 7. Exceca cor populi huius, & aures eius aggraua. Et Rom. 9. dicitur: Cuius vult miseretur, & quem vult indurat.

RESPON. Dicendum, quod excecatio & obduratio duo importat. Quorū vnū est, motus animi humani inherens malo, & auctus a diuino lumine: & quantum ad hoc Deus non est cõtrarietas, & obdurationis sicut non est cõtrarietas. Aliud autē est subtractio gratiæ, ex qua sequitur, quod mens diuinus non illuminetur ad recte videndū, & cor hominis non emolliatur ad recte viuendum, & quantum ad hoc Deus est cõtrarietas, & obdurationis. Est autē considerandū, quod Deus est cõtrarietas illuminationis animarum, s. m. illud Io. 1. Erat lux vera quæ illuminat oēm hominē venientem in hunc mundū: sicut sol est vniuersalis causa illuminationis corporū, aliter tñ & aliter. Nā sol agit illuminandō per necessitatem naturæ: Deus autē agit voluntarie per ordinem suę sapiētiz. Sol autē licet quantum est de se oīa corpora illuminet, si quod tñ impedimentum inueniat in aliquo corpore, relinquit illud tenebrosū, sicut patet de domo, cuius fenestræ sunt clausæ: sed tñ illius obscuracionis nullo mō causa est sol. nō. n. suo iudicio agit ut lumen interius nō immitat: sed causa eius est solum ille qui claudit fenestrā. Deus autē proprio iudicio lumen gratiæ non immitat illis, in quibus obstaculum inuenit. vnde causa subtractionis gratiæ est non solū ille qui ponit obstaculum gratiæ, sed etiã Deus qui suo iudicio gratiã non apponit. & per hūc modum Deus est causa excecationis aggrauationis aurium, & obdurationis cordis: quæ quidem distinguuntur secundū effectus gratiæ, quæ & perficit intellectū dono sapiētiz, & affectū emollit igne charitatis. Et quia ad cognitionem intellectus maxime deseruiunt duo sensus, s. visus & auditus, quorum vnus deseruit inuentioni, scilicet visus, alius disciplinæ, scilicet auditus. ideo quantum ad visum, ponitur excecatio: quantum ad auditum, aurium aggrauatio: quantum ad affectum, obduratio.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cum excecatio & induratio ex parte subtractionis gratiæ sint quedā pēnæ, ex hac pte eis hō nō fit deterior, sed deterior factus per culpā hęc incurrit, sicut & ceteras pēnas.

AD SECVDVM dicendum, quod obiectio illa procedit de obduratione secundum quod est culpa.

AD TERTIVM dicendum, quod malitia est causa excecationis meritoria, sicut culpa est causa pēnæ. & hoc etiam modo diabolus excecatur dicitur, in quantum inducit ad culpam.

ARTICVLVS IIII.

Verum excecatio & obduratio semper ordinentur ad salutem eius, qui excecatur & obduratur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod excecatio & obduratio semper ordinentur ad salutem eius, qui excecatur & obduratur. Dicit enim Aug. in Ench. quod Deus cum sit summe bonus, nullo mō permitteret fieri aliquod malum, nisi posset ex quo libet malo elicere bonum: multo igitur magis ordinat ad bonum illud malum, cuius ipse est causa: sed excecationis & obdurationis Deus est causa, vt dictum est. ergo hęc ordinantur ad salutem eius qui excecatur, vel obduratur.

¶ 2 Præ. Sap. 1. dicitur, quod Deus non delectat in perditione impiorum: uideretur autem in perditione eorum delectari, si eorum excecationem in bonū eorum non conuerteret. sicut medicus uideret delectari afflictione infirmi, si medicinā amarā, quā infirmo ppinar, ad eius sanitatem nō ordinaret. ergo Deus excecationē conuertit in bonū excecatorū.

¶ 3 Præ. Deus non est personarum acceptor, vt dicitur Act. 10. Sed quorundā excecationē ordinat ad eorum salutem, sicut quorundā iudeorum, qui excecati sunt vt Christo non crederent, & nō credentes occiderent, & postmodum cõpuncti conuerterunt, sicut de quibusdā legitur Act. 2. ut patet per Aug. in li. de quæstionibus Euāgelij. ergo Deus omnium excecationem conuertit in eorum salutem.

SED CONTRA. Non sunt facienda mala, ut ueniant bona, ut dicitur Roman. 3. sed excecatio est malum. ergo Deus non excecatur aliquos propter eorum bonum.

RESPON. Dicendum, quod excecatio est quoddam præambulum ad peccatum. Peccatū autem ad duo ordinatur, ad vnum quidem per se, scilicet ad damnationem: ad aliud autē ex diuina misericordia, vel prouidentia, scilicet ad sanationem, in quantum Deus permittit aliquos cadere in peccatum, ut peccatum suum agnoscentes, humilientur & conuertantur, sicut Aug. dicit in lib. de natura & gratia. unde & excecatio ex sui natura ordinatur ad damnationem eius, quod excecatur, propter quod ponitur etiã reprobationis effectus: sed ex diuina misericordia excecatio ad tempus, ordinatur medicinaliter ad salutem eorum qui excecantur. sed hęc misericordia, nō omnibus impeditur excecatis, sed prædestinatis solum, quibus omnia cooperantur in bonum, sicut dicitur Ro. 8. Vnde quantum ad quosdam excecatio ordinatur ad sanationem, quantum autem ad alios ad damnationem, ut Aug. dicit in 3. de quæst. Euangelij.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod omnia mala, quæ Deus facit, vel permittit fieri, ordinatur in aliquod bonum, non tamē semper in bonum eius in quo est malum: sed quandoq; ad bonum alterius, vel etiam totius uniuersi. sicut culpā Tyrannorum ordinat in bonum Martyrum, & pēnam damnatorum ordinat ad gloriam iustitiæ suæ.

Ab

Ca. 11. circa prin. 10. 1.

Art. prac.

Libro 3. ex Mat. c. 14. in med. 10. 4.

Ex ca. 22. 23. & 28. 10. 7.

ex Mat. esp seu quæst. 14. 10. 4.

AD SECUNDVM dicendum, q̄ Deus non deletur in perditione hominum, quantum ad ipsam perditionem: sed ratione suae iustitiae, vel propter bonum, quod inde peruenit.

AD TERTIVM dicendum, q̄ hoc q̄ Deus aliquorum excacationem ordinat in eorum salutem, misericordiae est: quod autem excacatio aliorum ordinatur ad eorum damnationem, iustitiae est: quod autem misericordiam quibusdam impendit, & non omnibus, non facit personarum acceptionem in Deo, sicut in primo * dictum est.

AD QVARTVM dicendum, quod mala culpa non sunt facienda ut veniant bona: sed mala poena sunt inferenda propter bonum.

P. 3. ar. 5. ad 3.

Super Quael. 80. Articulum primum.

In art. 1. q. 80. dubium occurrit circa propositionem in litera positam, scilicet, esse causam directe alicuius actus, non contingit nisi per hoc, quod proprium principium illius actus mouet ad agendum. Aut namque haec propositio intelligit absolute, ut sonat, nihil est directe causa actus nisi &c. aut limitate ad actum alterius per materiam subiectam, de qua est sermo, causa scilicet extrinseca, q̄ homo peccet. Si primo modo, obstat illi illa maxima, Deus potest supplere vicem cause secundae. Si secundo modo, obstat litera, quae principium actus voluntarij, voluntatem scilicet ad agendum moueri subiungit non solum a Deo, sed a se. si enim de extrinseco tantum motore esset sermo in illa propositione, ipsammet non conueniretetur subueniendo.

Ad hoc dicitur, q̄ neutro modo propositio literae intelligit. Quae enim non intelligatur primo modo, patet ex hoc, q̄ nullum principium mere naturale esset causa directe actus proprii, eo q̄ nullum tale mouet se ipsum ad agendum. Si, n. ad causandū directe actū, exigitur q̄ moueat ad agendum principium illius actus principium, absq̄ vlla ambiguitate sequitur, q̄ nec calor sit directe causa calefaciendi, nec lux illuminandi, &c. Quod vero nec secundo modo intelligatur, ex ipsa simplici patet: quomōis

Sup. q. 75. art. 3. & 3. q. 8. artic. 7. & Mal. q. 3. artic. 3. & 4. & 8. quod 3. artic. 8. corp. * Augu. 4. de Tri. cap. 12. circa princ. rom. 2. * ex lib. 1. c. 5. & li. 2. ca. 4. li. 2. cont. Iovin. nō loq̄e a princ. 10. 3. * lib. 7. mor. eudemiorū, cap. 18.

QVAESTIO LXXX.

De causa peccati ex parte diaboli, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de causa peccati ex parte diaboli.

ET CIRCA hoc quaeruntur quatuor.

- ¶ Primo, Vtrum diabolus sit directe causa peccati.
- ¶ Secundo, Vtrum diabolus inducat ad peccandum, interius persuadendo.
- ¶ Tertio, Vtrum possit necessitatem peccandi inducere.
- ¶ Quarto, Vtrum oīa peccata ex diaboli suggestione proueniāt.

ARTICVLVS PRIMVS. Vtrum diabolus sit homini directe causa peccandi.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod diabolus sit homini directe causa peccandi. Peccatū enim directe in effectu consistit: sed * Augu. dicit 4. de Trinita. q̄ diabolus suae societati malignos affectus inspirat. Et Beda † super Act. dicit, q̄ diabolus aīam in affectu malitiae trahit. & * Isid. dicit in libr. de summo occultis cupiditatibus replet. ergo diabolus directe est causa peccati.

¶ 2. Præter. Hiero. dicit, q̄ sicut Deus est perfectior boni, ita diabolus est perfectior mali: sed Deus est directe causa bonorum nostrorum. ergo diabolus est directe causa peccatorū nostrorū.

¶ 3. Præter. * Philos. dicit in quodā c. Ethica Eudemica, q̄ oportet esse quoddam principium extrinsecum humani consilij: consilium autem humanum non solum est de bonis, sed etiā de malis. ergo sicut Deus mouet ad consiliū bonum, & per hoc directe est causa boni: ita diabolus mouet hominem ad consiliū malum, & per hoc sequitur, q̄ diabolus directe sit causa peccati.

bolus directe sit causa peccati. SED CONTRA est, q̄ * Augu. probat in 1. & 3. de lib. arb. q̄ nulla alia re fit mens hominis serua libidinis, nisi propria voluntate: sed homo non fit seruus libidinis nisi per peccatū. ergo causa peccati non potest esse diabolus, sed sola propria voluntas.

RESPON. Dicendum, q̄ peccatū actus quidā est. unde hoc modo potest esse aliquid directe causa peccati, per quem modū aliquis directe est causa alicuius actus: q̄ quidem non contingit nisi per hoc, q̄ propriū principium illius actus mouet ad agendum. Propriū autē principium actus peccati est voluntas, quia omne peccatū est voluntarium. unde nihil potest esse directe causa peccati, nisi q̄ potest mouere voluntatem ad agendum. Voluntas autem, sicut supra dictum est, a duobus moueri potest. Vno modo ab obiecto, sicut dicitur, q̄ appetibile apprehensum mouet appetitū. Alio modo ab eo, q̄ interius inclinatur voluntatē ad volendum. hoc autem non est nisi vel ipsa voluntas, vel Deus, ut supra ostensum est. Deus autē non potest esse causa peccati, ut dictum est. Relinquitur ergo q̄ ex hac parte sola voluntas hominis sit directe causa peccati eius. Ex parte autem obiecti potest intelligi, q̄ aliquid moueat voluntatem tripliciter. Vno modo, ipsum obiectū propositū, sicut dicimus q̄ cibis excitat desiderium hominis ad comedendum. Alio modo, ille qui proponit, vel offert homini obiectum. Tertio modo, ille qui persuadet obiectum propositum habere rationē boni, quia & hic alicualiter proponit propriū obiectum voluntati, quod est rationis bonum uerū, uel apparens. Primo igitur modo res sensibiles exterius apparentes mouent voluntatē hominis ad peccandum: secundo autē & tertio modo uel diabolus, uel et hō potest incitare ad peccandum, uel offerendo aliquid appetibile sensui, uel persuadendo rationi. Sed nullo istorum trium modorū potest aliquid esse directa causa peccati: quia uoluntas non ex necessitate mouetur ab aliquo obiecto, nisi ab ultimo fine, ut supra dictum est: unde non est sufficiens causa peccati, neq̄ res exterius oblata, neque ille qui eam proponit, neque ille qui persuadet. unde sequitur, q̄ diabolus non sit causa peccati directe, uel suffi-

namque dicitur... tatem doctrine... moueri a se... re cōspicitur... bit, q̄ est uera... malis subiectum... p̄ hoc oportet... re p̄positione... ne esse ad causā... tus, & extra... sic est. Intendit... tur auctor, q̄ ad... directe causam... qui est alicuius... siue illud aliquid... idem, siue dicitur... a causa, exigunt... causa propria... cipium illius... moueat ad agendū... ita quod in hac... positione duo... neur. Alterum... supportur, sed... actum existere... nus principij... tū, & per hoc... duntur omnia... pia propria ad... naturalij, q̄ am... llim. Alterum... dicitur, & tunc... quiritur ad esse... sam directe alio... stētis ab aliquo... cipio executione... cimus, q̄ exigunt... moueat illud... priū ad agendū... hoc fit sicut... principio executionis... sine diuersum... igitur sensus... tionis, quod p̄... positio, q̄ ad h... cuius principij... cipiantis ipsem... cimus, ut calor... facit, oculus u... uoluntas uult, &... iusmodi, ad hoc... aliquid sine idem... ue dicitur, sic... directe calefactio... uisionis, uolunt... lus ultra illud... cipium non ab... sed inquantū ob... sa executionis, op... q̄ moueat p̄ncip... illud exequens... dū. Et hūc sensum... signant uerba... ly, alicuius non... alicuius cadit... ly actus, sed ca... pra subiecti... cipium: ac si dicitur... Actus q̄ est actus... & per hoc hōm... obiectiones, nō... nalia principia... dantur a directa... salitate executionis... ctus, nec oportet... diuina aliquid... oportet, n. in p̄... fat actū mouet, q̄... moueat ad agendū... us actus q̄ esse... possit sine...